

VRBIS
ET REIPUBLICAE
LIPSIENSIS
MAGNIFICO SENATVI
LIBELLVM HVNC
MEQVE IPSVM ADEO
D. D. D. D.

URBIS
ET REIPUBLICAE
LIPSIENSIS
MAGNIFICO SENATUI
LIBELLVM HINC
NEQVE IPSVM ADEO
D.D.R.



Viri Illu
Ampliff
Pat

Q Vad
cont
mea
tion

quorum in



*Viri Illustres, Magnifici,
Amplissimi, Consultissimique,
Patroni optimi,*

Quod adhuc Diuino mihi munere
contigit, ut in commentationum
mearum qualiumcunque dedica-
tionibus non quaerendi essent, ad
quorum ita beneuolentiam conarer adre-
pere;

pere; sed vltro se offerrent vel Principes
optimi vel patroni alii, quibus agerem gratias:
illud in hoc etiam libello vsu mihi venire,
vehementer gaudeo. Cum enim per se libera-
lius, laetius certe est gratias agere, quam pe-
tere beneficium: tum pudor, quem mea mihi
natura tribuit, alterum mihi perquam difficile
reddit, & non nisi magna aliqua necessitate ex-
primendum; ad alterum autem me impellit
atque incitat, vt vel sic aliqua aeris alieni
parte exsoluisse me videar. Vos ea mihi tribu-
istis, VIRI ILLUSTRES atque MAGNIFICI,
quae non nisi in eos solent a viris sapientibus,
hoc est vestri similibus, conferri, qui videantur
magni alicuius beneficii capaces. Vos enim me
coeli ruinam prius, quam hoc cogitantem euo-
castis in urbem vestram, cuius ciuem esse ipsum
in magna felicitatis parte non iniuria censetur;

euocastis autem scholae vestrae praesciendum,
qui locus pro mei ordinis homine satis & amplus
& lautus esse putatur. Vos praesentem non
humanitate tantum estis complexi urbis huius
propria, sed insigni etiam liberalitate prose-
cuti, quae tanto mihi fuit iucundior, quod
non importunis precibus datam, sed ab animo
vestro magno & munifico profectam intellige-
bam. Quanti autem illud est, quod profecto
omnium puto maximum, quod in ipsa admini-
stranda prouincia licuit mihi homini peregrino,
& ignorantia rerum aliquantum timido, magna
tamen cum fiducia versari, securo scilicet ac
certo, nihil a me ex utilitate scholae huius actum
iri & constitutum, cui non vos auctoritatem
vestram accommodaturi essetis. Qua quidem
ipsa re magnam mihi inieciſtis curam atque
religionem, ne quid agam unquam, cuius vos

non possitis, conseruata dignitate uestra, atque
huius scholae salute, auctores fieri. Priuatam
uestram in me vel humanitatem vel liberalita-
tem praetereo sciens, in eo scilicet proposito
mansurus, quod cum primum in consessum ue-
strum amplissimum admissus essem declarauī,
me in his, quae ad muneris mei rationem per-
tinent, (in quo genere hanc pietatis meae pu-
blicam significationem pono) nullius ex Am-
plissimo Ordine priuatim patrociniū ambitu-
rum, pro patronis optimis habiturum cultu-
rumque vniuersos, & ea quidem sola referen-
darum gratiarum ratione vsurum, quam solam
a me pro magnitudine uestra animi expectatis,
vt nimirum summa cura atque sollicitudine ca-
ueam, ne quis reprehendere aliquando iudi-
cium de me uestrum iure possit. Similis causa
facit,

facit, ut, quae mihi offertur, digrediendi in
laudes vestras occasionem praetermittam, qui
nouerim scilicet, laudanda vos agere malle &
ad posteritatem omnem commemoranda, quam
laudari ab his, qui vobiscum viuunt, quorum-
que laudes adeo parum sincerae queant videri,
cum tantam habeatis bene faciendi laudantibus
materiem. Deum potius immortalem supplex
veneror, ut eum vobis, quem solum spectatis
consiliorum, vigiliarum, studiorum denique
vestrorum fructum cumulatissime tribuat, salu-
tem & felicitatem reipublicae; utque ea,
vestra sapientia atque integritate quam diutis-
sime prosperrimeque gubernata, filiis vestris,
& ab his qui nascentur, gratiam vobis debi-
tam ita referat, ut, renouata per illos nomi-
nis vestri atque meritorum gloria, non vobis

*a se relatam gratiam, sed nouo ipsa se affectam
munere gratulabunda agnoscat. Scrib. Lipsiae
a. d. xxiiii. Jul. c19 1566 xxxi.*

Amplissimi Ordinis Vestri

additissimus cliens

Ioh. Matthias Gesnerus

Cum



Cum benefici
di Augusti
in hac ad ill
hic placuit
nostram ad
a nobis de
tam non
quam Ter
legiae ven
Beratelli
recte lega
vni con

Fuitas
& c
nora in
Bonifacii * m
quo coetus an
nostram habe
gata, & nome
quacunque r

* Acta res a.